Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De vita Francisci Xaverii, qui primus e Societate Jesu in Indiam & Japoniam Evangelium invexit - Cod. Ettenheim-Münster 188

Torsellini, Orazio

[S.l.], nach 1607

Caput IIII.

urn:nbn:de:bsz:31-115990

Malacae in gentium omnium gaudio & gratulatione excipitur.

pronunciarat. Ut primum Xaverium ex Japonia Malacam reuertisse fama uulgauit, extemplo magni ad eum uniuersi omnium ordinum facti sunt concursus incolumitatisque gratulantium. Quippe solicitis omnium animis in Japoniam soluens, tam longinquae periculosaeque nauigationi commiserat se. Simul ante illum in Japoniam saluum atque incolumem peruenisse Malacam nunciatum fuerat, ultro Malacensis auctor, supplicatione ad Societatis Jesu templum indicta, & immortali Deo publice gratulatione facta, satis ostenderat & quam unice diligeret Xaverium, et quam bene de Japonica eius expeditione speraret. Interea eius reuersio, multis de Japonum conuersione nuntiis multiplex uniuersae ciuitati attulit gaudium

Goa: Socium moribundum sanat: et a Socijs separ cognoscit.

Cap. III.

Franciscus Malacae in gratiam Sociorum Malacensium paucos dies moratur, in nauim solutu paratam conscendit, et secundo cursu appellit Cocinum. Ibi pari omnium laetitia & gratulatione excipitur. Cocinum Franciscus tenuerat, cum iam naues Goam petentes essent uela facturae: mox igitur expeditum nactus nauigium, summa celeritate aduolat Goam. Ut primum in terram egressus est,

Simul Goam uenit, aegros inuisit.

ex consuetudine ad ualetudinaria, priusquam ad Societatis domicilium, contulit se. Inde aegros blande solatur, domum aliquando uenit, summe a Socijs expectatus. Ubi post mutuas salutationes complexusque, fraterni amoris indices, ne humanitati in alienos quam in domesticos foret, statim rogitat, ecquis

aeger

æger jaceat domi. Respondetur unum esse omnino.
E vestigio Xaverius, priusquam se in cubiculum
reciperet, hominem adit. Is tum, urgente vi mali,
proximus erat morti: & desperata a medicis cor-
poris salute, diem noctemque custodiebatur à socijs
animæ saluti consulentibus. Jamque omnia erant
ad sepulturam ac funus parata: neque tamen æ-
ger ipse, etsi jam pene animam ageret, vitæ
amittebat spem, interruptis ac moribundis vocibus
dictitans; si Xaverij adventus (qui in dies expectabatur)
suum prævertisset obitum, eius utique meritis
ac deprecatione perditam valetudinem se recupe-
raturum. Nec ægroti spem Franciscus fefellit. Socium mori-bundum sanat
moribundum salutat, Evangelium recitat, interitu
eximit. Quippe ille confestim receptus ex morbo
paulò post prorsus convaluit: divinitus ad ægrum
Xaverij adventum expectasse & Xaverium iter
accursumque ad illum accelerasse crederes. Incre-
dibiles inde fuerunt non domesticorum solum, sed
primariorum quoque civium, Japonicas res co-
gnoscere expetentium, gratulationes. Ibi Xaverius,
se absente, res Christianas pariter Societatemque
reperit ingenti auctas incremento. Nam Goa-
ni Christiani cum Fratrum Franciscanorum et Domi- Franciscanorum et Dominicanorum industria
nicanorum egregiâ industria, tum Sociorum operâ
exculti, crudis vitiorum fibris, in summa rerum
omnium licentia honeste pieque vivebant. Viri
quippe bellicosi ac pugnaces non modò sine si-
multatibus, rixis, injurijsque, sed etiam sine con-
cessis vulgo voluptatum illecebris vitam degebant:
ut portenti simile esset, cum quempiam habere
pellicem.

pollicen. Adeo catechismum mysteriorumque militu-
rem exercebat licentiam. Saepius namque in anno
et quoties in expeditionem mittendi forent, Confes-
sionis et Eucharistiae sacramentis se se armabant:
diceres religiosos magis viros quam milites. Pau-
lus etiam Francisci Vicarius, Xenodochio pauperibus
curandis qua instituto, ad id sustentandum ipse-
met per urbem eleemosynas corrogabat, haud
sane minore incitamento piorum, quam egentium
commodo. Antonius quoque Gomes Praetoris
(Tanoris Rex baptizatus) et Episcopi iussu in Malabariam profectus, Tano-
ris Regem nuper à Vincentio Franciscano
conversum, clamque baptizatum, imbuerat Christia-
nis mysterijs praeceptisque. Inde eundem rex
mores hominum verentes perpulerat tandem,
ut religione metu duceret potiorem; seque
Christianum palam professus Goam contende-
rat. Ubi omni honore apparatuque ab Episco-
po ac Prorege exceptus, multis Dynastis ac Re-
gibus exemplo fuerat exponendae Christianae
religionis, popularibus autem suis etiam susci-
piendae. Neque interim socij à Xaverio in
varia loca dimissi non strenue pro se quisque
Domini vineam coluerunt. In Comorino quidem
promontorio, quod Antonij Criminalis labo-
ribus excultum, sanguine rigatum diximus, lectis-
(In Comorino Promontorio ad CCCC millia Christianorum) sima animorum extabat seges. Quippe ad CCCC
millia Christianorum capitum censebantur: ut
dubium sit, utrane illic an more Christianam
iam magis auxerit. Armutiae vero, quam urbem
(Armutia) pulcherrimam opulentissimamque in angustijs ac
faucibus sinus Persici suam esse docuimus, Gaspar
Bertus

Bertey Bolga egregiè rem gesserat. In ea civitate
propter Ethnicorum, Saracenorum, Iudæorumque collu-
vionem, Christianam polùm expeditates suas solue-
rant, iam degeneres, et patrijs ritus prorsus ignora-
Gaspar igitur Franciscani nostri institutique cor-
ruptor ac depravator eorum mores brevi cor-
rexit, emendavitque; haud indignus illo magi-
stro discipulus. Egregia eius facta ab alijs prodita
sunt; quorum ego unum duntaxat hoc loco com-
memorare non gravabor, ut ex uno facto fiat
de cæteris conjectura. Fanum est Armeniæ am-
plissimum ac celeberrimum Mahometi sacrum; F. Gaspari
hic summa cærimonia ac religione Mahometes Bolgæ facinus
ab Saracenis colebatur. Gaspar ferre non po- memorabile.
terat, debitum Christo cultum nefario desertori
Christianæ religionis adhiberi. Itaque divino
zelo incensus, facinus edidit memorabile. Canen-
tium agmen puerorum gestantibus armatum cru-
cibus duces, luce palam fanum aggreditur: ipse
cum cruce in medias vociferantium Saracenorum
turbam irrumpit primus: et inspectantibus
attonitisque miraculo barbaris, sex in eo templo
per ostium defigit cruces; sentires fanaticorum ho-
minum furorem divina virtute compressum te-
neri, ne quid ei nocerent, cui præclari facinoris
Deus auctor fuisset. Idem planius rei exitu decla- Crucis vis.
ratum est. Quippe invictæ Crucis aspectu importu-
nos illos vociferatores Saracenosque universos
adeo fregit terruitque, ut lymphatis similes, deser-
to in perpetuum Mahometis fano, item ut dæmones
solent

volent, objectu Crucis repente diffugerent. Habitavit
primò Gaspar Francisci instituto in hospitali do
mo. deinde Armuzina civitas, cujus ac Sociorum
virtute perspecta, certum Societati domicilium ac
templum exstruxit. Quod utrumque postea Societas
Dominicanorum laus. certis de causis relinquendum ratà, Dominicanis
in Christi vinea magna cum laude sumbique de
sudantibus pro sua erga Sanctissimam illam fa
miliam observantia, concessit ultro. Hoc tempore
in oppido Sancti Thomæ Cyprianus versatus est.
Is cum eò venisset, concionibus atque exemplis adeò
permovit oppidanos, ut sedem Societati per
petuam suapte sponte traderent. Multa ibi,
eaque præclara, Cyprianus dicuntur fecisse,
sed illud egregium; Nauiculariis quidam Christia
nam mulierem viro per vim ereptam imponebat
Cypriani Virtus egregia. in navim, non inscio navarcho. Cyprianus re
cognita, cum tantum flagitium nulla ratione im
pedire quivisset, pro suggestu vaticinans ita
pronunciat: Conjugem à viro certi homines ab
duxerunt: sed haud ita multo post meritas
Deo hominibusque luent poenas. Quippe
navis, quâ mulier avehitur, deperibit: Gubernator,
qui fecit scelus, et balbus mutus. Omnia prorsus, ut
pronunciavit, evenerunt. Navis enim illa paucis
diebus interijt. Navarchus furore incitatus, na
viculario, qui nimius erat, alterum effodit oculum:
ipse obversus in naufragio vociferationem, ex
clinguis factus est mutus. Nicolaus quoque Lancellotus
Colani, Balthasar Gagus Bungi, Malacæ Fran
ciscus Perez, Joannes Beira in Molucis & Mauricio

caeterique Francisci socij alius alibi in neophytis alendis, Ethnicisque Christo pariendis, Christo ipso bene iuvante, haud sanè inutiliter elaborarunt. Vitæ autem sanctimoniam in tanta humanorum subsidiorum inopia, rerumque difficultate, mirè coluerunt omnes. Itaque domicilia Societati facilè compararunt, stabilieruntque. Sub idem tempus Tanae, quod oppidum abest à Bazaino millia passuum XVII per Gasparem Consalvum Societati sedes quæsita est, ubi oppidani à Patribus ad Christianam pietatem eruditi, omnes ferè et boni cives evaserunt, & boni viri: magna autem puerorum manus, pro cuiusque ingenio ac propensione, partim in literis; partim in varijs opificijs exercentur; ut ex eadem disciplina simul cum honesta vitæ ratione vivendi accipiant facultatem. Huc ad Patres, ab extremis Indiæ finibus Indus religionis causa venit, affecta jam ætate, & grandi macie torridus, eiusmodi habitu ac specie, ut unus ex antiquis illis Anachoretis videretur. Is Christianis præceptis breviter eruditus, cum puerum JEsum lactentem in gremio matris depictum conspexisset in tabula, exemplo divinum puerum venerabundus amplexari cœpit; et protinusque quasi alter Simeon in Christi complexu de vita exitu admonitus, urgere Patres, instare vehementius, ut, nulla interposita mora, fieret Christianus: imminere sibi mortem, adesse supremum diem. Ergo quamprimum baptizatus, postridie

Indus quasi alter Simeon à Christi complexu mortem obit

prima

luce moriens; cum jam ibi salutare suscepisset, est dimotus in pace. Xaverius itaque de rebus, quæ ubique gererentur, deque difficultatibus suorum certior factus, pro cujusque loci conditione ac necessitate non subsidia tantum Sociis submittebat, verum etiam præcepta: quæ nos, ne historiæ series interrumpatur, hic prætermittenda duximus, suo deinde loco exposituri. Interim cum cæteri omnes, læti de Japonia nuntiis alacres, præcipua lætitia laudeque Japonicas res vulgò ferrent; unus qui gesserat, inexplebili animorum divinæque gloriæ cupiditate flagrans, parvum quiddam præ iis, quæ spe atque animo concepisset, imbutam Evangelio Japoniam ducebat. Jamdudum Sinas, frequentissimasque illas oppidis atque incolis regiones, ipsamque amplissimi Orbis terrarum Regni spectabat Regiam, velut consummatum suæ peregrinationis munus, salutemque vocatis.

Legatione adornata Sinas petit
Caput. V.

Vix dum Goam pervenerat (si adeò de Sinis imminens illi cura erat!) cum profectionem suam summo studio parare instituit; quidquid temporis intercederet, id morari Sinarum salute ratus. Confestim igitur cum Alfonso Noronia, Indiæ Prorege, et Joanne Alboquercio Goano Episcopo, de Legato ad Sinas mittendo transigit. Deiectus est Jacobus Pereria, ob pietatem egregiam, summamque familiaritatem, à Francisco omnibus notis expetitus. Qui haudquaquam eius fefellit spem: quippe pro suo propagandæ religionis studio ita rem suscepit, ut in legationis instrumentum, ac donorum apparatum, maximam fortunarum suarum consumeret partem. Inco

Jacobi Pereriæ pietas et liberalitas egregia

negotio